

Quis fuit, horrendos primus qui protulit **enses**?

Quam **ferus** et vere **ferreus** ille fuit!

Tum **caedes** hominum generi, tum **proelia** nata,

Tum brevior dirae **mortis** aperta via est.

An nihil ille miser meruit, nos ad **mala** nostra

Vertimus, in saevas quod dedit ille feras?

**Divitis** hoc vitium est **auri**, nec **bella** fuerunt,

Faginus adstabat cum scyphus ante dapes.

Non arces, non vallus erat, somnumque petebat

Securus sparsas dux gregis inter oves.

Tunc mihi vita *foret*, volgi nec tristia *nossem*

**Arma** nec *audissem* corde micante tubam;

Nunc ad **bella trahor**, et iam quis forsitan **hostis**

Haesura in nostro tela gerit latere.

Sed patrii servate **Lares**: aluistis et idem,

Cursarem vestros cum tener ante pedes.

Neu pudeat prisco vos esse e stipite factos:

Sic veteris sedes incoluistis avi.

Tum melius tenuere **fidem**, cum **paupere** cultu

Stabat in exigua ligneus aede deus.

Hic placatus erat, seu quis libaverat uva,

Seu dederat sanctae spicea sarta comae,

Atque aliquis voti compos liba ipse ferebat

Postque comes purum filia parva favum.

At nobis aerata, Lares, depellite **tela**,

\*\*\*

\*\*\*

Hostiaque e plena rustica porcus hara.

Hanc pura cum veste sequar myrtoque canistra

Krieg

1,4 Martia classica - 3,1 Messalla  
1,53 te bellare decet, **Messalla**  
7,8 non sine me est tibi partus honos

5,31 veniet Messalla meus

7: Messalas Geburtstag

Goldene Zeit: 3,47 non acies... non bella

Tod

1,59 te teneam moriens deficiente manu  
3,4 abstineas avidas, Mors ... nigra, manus - 3,9 Delia non usquam

Gold

1,1 Divitias alius fulvo sibi congerat auro  
5,47 dives amator. - 9,7 lucra petens... 9,19 divitiis captus...

frühere Genügsamkeit

1,39 antiquus... agrestis

ich / Krieg

Wunsch: Vergangenheit

3,35 quam bene Saturno vivebant rege

3,1 Aegeas... undas. - 7 Messalla

Gebet an die Lares

1,15 Lares, Ceres, Priap - 3,33. - 4 !.

„einfache“ Lares, wie früher

fides

6,77 quae fida fuit nulli ... - 9,32 vendere fidem

1,5 me mea paupertas vita traducat inertis. - 5,61 pauper aderit

Larenkult früher

Bitte an die Lares / Krieg

<p>Vincta <i>geram</i>, myrto vinctus et ipse caput.  Sic <i>placeam</i> vobis: alius sit fortis in <b>armis</b>  Sternat et adversos <b>Marte</b> favente duces,  Ut <i>mihi</i> potanti possit sua dicere facta  <b>Miles</b> et in mensa pingere castra mero.</p>	30	Wunsch	1,49 hoc mihi contingat 5,20 fingebam demens	3,33 mihi contingat patrios celebrare penates. 3,83 ff.
<p><b>Quis</b> furor est atram <b>bellis</b> accersere <b>mortem</b>?  Inminet et tacito clam venit illa pede.  Non seges est <b>infra</b>, non vinea culta, sed audax  Cerberus et Stygiae navita turpis aquae;  Illic percussisque genis ustoque capillo  Errat ad obscuros pallida turba lacus.</p>	35	Krieg / Tod	Unterwelt	3,58 me... Venus campos ducet in Elysios
<p>Quam potius laudandus <u>hic</u> est, quem prole parata  Occupat in parva pigra <b>senecta</b> casa.  <u>Ipse</u> suas sectatur oves, at filius agnos,  Et calidam fesso conparat uxor aquam.  <b>Sic ego sim</b>, liceatque caput candescere <b>canis</b>,  Temporis et prisci facta referre <b>senem</b>.</p>	40	Gegenbild Landleben	Wunsch für das Alter	
<p>Interea <b>pax</b> arva colat. <b>pax</b> candida primum  Duxit araturos sub iuga curva boves,  <b>Pax</b> aluit vites et sucos condidit uvae,  Funderet ut nato testa paterna merum,  <b>Pace</b> bidens vomerque nitent – at tristia duri  <b>Militis</b> in tenebris occupat <b>arma</b> situs –  <u>Rusticus</u> e lucoque vehit, male sobrius <u>ipse</u>,  Uxorem plaustro progeniemque domum.</p>	45      50	pax	„Erfindung“ des Landlebens	7,29 ff Primus aratra ... fecit Osiris
		Gegenbild Landleben		

Sed **Veneris** tum **bella** calent, scissosque capillos

Femina perfractas conqueriturque fores.

Flet teneras subtusa genas, sed **victor** et ipse 55

Flet sibi dementes tam valuisse manus.

At lascivus **Amor** rixae mala verba ministrat,

Inter et iratum lentus utrumque sedet.

A, **lapis est ferrumque**, suam quicumque **puellam**

Verberat: e caelo deripit ille deos. 60

Sit satis e membris tenuem rescindere vestem,

Sit satis ornatus dissoluisse comae,

Sit lacrimas movisse satis: quater ille beatus,

Quo tenera irato flere **puella** potest.

Sed manibus qui saevus erit, scutumque sudemque 65

Is gerat et miti sit procul a Venere.

At **nobis**, **Pax** alma, veni spicamque teneto,

Perfluat et pomis candidus ante sinus.

Veneris bella

1,73 frangere postes. – 6,73 non ego te pulsare velim, sed...

6,2 tristis et asper Amor. – 6,30 iussit Amor. – 8,28 persequitur poenis tristia facta

1,46 dominam... 1,52 puella 1,57 Delia ...  
2,5 custodia... puellae, 15 Delia  
3,92 obvia ..., Delia, curre. - 5,21 mea Delia  
6,5 iam Delia furtim...

4 pueri 4,81 Marathus  
8,49 neu Marathum torque  
9,11 muneribus meus est captus puer

4,82 deficiunt artes  
5,10 premor arte mea

3,55f. Hic iacet immiti consumptus morte Tibullus / Messallam terra dum sequiturque mari.